

Weggang teilte ich mehreren Ratsherren die Erneuerung eurer Satzungen gegen den Kriegsdienst mit und hoffte, sie würden dem Beispiel folgen, da sie ohnehin den Bürgern den Dienst verboten hatten. Doch dieser große Käfer hat das Spinnennetz, worin die Fliegen sich verstricken, durchbrochen, wie ja Groß- und Kleinhans bei der Welt nicht gleiches Recht haben und des Schultheißen Kuh mehr gilt als die seines Nachbarn Klaus. Was mir der ältere W(tittenbach) über die Berner mitgeteilt, war falsch; sie haben das Verbot erneuert, freilich mit wenig Erfolg; denn **Darstellungsmenü** muß sich erfüllen und Blut mit Blut gerächt werden.

Manche hoffen sicher auf Frieden für Deutschland in diesem Jahre etc.<sup>1)</sup> Meine und Funklis Gattin, Fuchs, Valerius (Geuffi) etc. grüßen. Betet für uns.

Biennę 17. Maii 1554.

Ich hülfе Euerem Schwager (Adlischwyler) gern; doch ist hier keine Kanzlei (scribery), nur ein Stadtschreiber, der das Amt noch lange versehen dürfte. Dagegen sind im Bernischen viele kleine Städte, wo er leicht etwas finden könnte, wenn jemand in Bern für Euch darauf achten wollte; Haller könnte Euch wohl helfen. Ich kenne niemand von der Obrigkeit oder sonst dort, war seit der Disputation nicht mehr da. Ich weiß, daß meine Base (v. Schönau) Eueren Schwager liebt und ihm gern Gutes tun wird; hoffentlich lebt sie ihren Freunden und den Armen zu Gute noch lang; sie würde, so lange sie lebt, Eueren Schwager nicht gern entbehren.

Teilt mit, ob bei euch beim Tod eines Kindes, das keinen Vater mehr hat, die Mutter die vom Vater herrührenden Güter erbt, oder ob sie an die Aszendenten zurückfallen. Es ist ein Kind gestorben, dessen Vater reich war, aber schon lange tot ist, und von Vaters Seite ist der nächste Verwandte der Bruder seines Großvaters, der Anspruch auf das Erbe erhebt und meint, die Frau solle nichts erben, da sie ihrem Gatten wenig zugebracht habe.

Die Uneinigkeit zwischen Gregor und Johannes von Ulm beunruhigt mich sehr; suche zu verhüten, daß die Entfremdung sich steigert, und ermahne Johannes auch in meinem Namen, Gregor nachzugeben (deferat).

VII, 320.

### 1927. Johannes Jung an Ambrosius Blaurer.

Basel 1554 Mai 25.

[Besuch von Th. u. Albert Bl. Neu erschienene Bücher. Grüße. Orig. lat.]

Die Ankunft Deines Bruders und Alberts, den ich viele Jahre nicht gesehen, war mir eine große Freude; mögen sie glücklich bei euch angelangt sein! Da sie nicht übernachten wollten, blieb nicht Zeit, viel zu besprechen. Gern hätte ich sie begleitet; doch der Kirchendienst ließ es nicht zu. Empfehle mich Deinem Bruder; ich werde stets für sein und der Seinen Wohl beten.

<sup>1)</sup> Die folgenden Nachrichten sind z. T. wörtlich, meistens aber gekürzt, auch in anderer Reihenfolge, dem Brief Sulzers vom 12. Mai entnommen.

Scriseram per Sesselium; sed nescio cuius negligentia literę una cum catalogo librorum ac Somnio Lutheri hic relicte sint. Iam addo Biblia Gallica, Musculum in Ioannem, Grammatica Hebraea cuiusdam Itali, Bellantium<sup>1)</sup> de rebus mathematicis, per Parcum<sup>2)</sup> excusa expensis Hervagii; item De sanitate tuenda (per Henricum Petri)<sup>3)</sup> dialogi novi Georgii Pictorii<sup>4)</sup>, Chronicam Funcii<sup>5)</sup>, item Bellum syllogismorum, item Navis stultifera carmine Latino; per Episcopium<sup>6)</sup> tomi d(ivi) Hieronimi, Ecclesiastica hystoria, Dialectica Rami, Philo Latinus factus per Sigismundum Gelenium fœlicis memorię, item opera Politiani<sup>7)</sup>; reliqua medica sunt. Rivii<sup>8)</sup> libros ambos compactos mitto; pro ligatura dedi 4 blappardos; restant tibi 8 corvi<sup>9)</sup> apud me. Si minus ad placitum tuum compacti sunt, Gervico imputandum hoc; nam ipse suo compactori dare voluit. Bene vale in domino; uxor mea salutem et tibi et uxori ex animo precatur. Basilee 25. Maii 1554.

### 1928. Pierre Toussain an Ambrosius Blaurer.

Mömpelgard 1554 Mai 26.

[Graf Georg von Württemberg. Bau eines Gymnasiums. Die Ehelosigkeit des Fürsten, Orig.]

S. observandissime Blaurere. Puto te literas meas<sup>10)</sup> per Camusetum<sup>11)</sup> recepisse; hic autem frater mihi tuas reddidit, quibus nihil mihi posset accidere iucundius. De principe, quanquam et in rebus religionis ardentiorum et in flagitiis puniendis diligentiorum vellemus, tamen non habemus alioqui, quod de eo in præsentia m(a)gnopere conqueramur. Extruit nunc hic nobis sollicitantibus novum gymnasium, cui præfectus est Franciscus Beraldus<sup>12)</sup> Parisiensis, vir Latine Græceque doctissimus, ex quo

<sup>1)</sup> Lucius Bellantius, Dr. der Medizin zu Siena zu Ende des 15. Jahrhunderts.

<sup>2)</sup> Jakob Parcus, Buchdrucker in Basel.

<sup>3)</sup> Heinrich Petri, Buchdrucker in Basel, s. Beitr. z. Basler Buchdr.-Gesch. (1840), S. 147 ff.

<sup>4)</sup> Georg Pictorius, Stadtphysikus in Ensisheim.

<sup>5)</sup> Joh. Funk, (Hof-)Prediger in Königsberg, Verfasser einer „Chronologia“.

<sup>6)</sup> Nic. Episcopus (jun.), Buchdrucker in Basel.

<sup>7)</sup> Bei Episcopus 1553 in Folio erschienen, s. Beitr. z. Basl. Buchdr.-Gesch., S. 125.

<sup>8)</sup> Joh. Rivius, 1500—1553, sächs. Rat, Inspektor der Schule in Meißen, Verf. philolog. u. theolog. Schriften.

<sup>9)</sup> Plappart, kleine Silbermünze (2 Pfennig); Rappen, Scheidemünze.

<sup>10)</sup> Nr. 1925?

<sup>11)</sup> Leonardus Camuset, gewesener Pfarrer v. Valentigney, s. Corp. Ref. XLII, Nr. 1697, N. 5.

<sup>12)</sup> Franc. Beraldus (Berauld) von Orleans, Sohn von Bezas Lehrer, dem Rechtsgelehrten Nic. Beraldus, 1549 Prof. in Lausanne, dann Prof. des Griechischen in Mömpelgard, 1557 wieder in Lausanne, 1559 in Genf, s. eb. XLIII, Nr. 2081, N. 5; Nr. 2216, N. 3. Schieß, Briefwechsel. III.

faxit dominus deus, quemadmodum speramus, ut prodeant aliquando velut ex equo Troiano innumeri milites Christi! Quę autem scribis de cęlibatu, scio vera esse omnia tecumque vehementer cuperem, ut honesto matrimonio permutaretur, quod verear, ne ea res nobis hic det, ut alias accidit, magnum aliquod malum. Atque utinam non solum a nobis, sed a te quoque diligenter admonitus faciat hic, quod ad salutem suam pertineat! Cętera ex hoc fratre intelliges; nam hæc pauca scripsi occupatissimus. Precor, ut dominus deus te nobis quam diutissime incolumem servet. Optime vale. Mombelgardię 26. Maii 1554.

VII, 322.

### 1929. Simon Sulzer an Ambrosius Blaurer.

Basel 1554 Juni 1.

[Sein Aufenthalt am Hof der Witve des Markgrafen Ernst von Baden und in Rappoltsweiler. Kirchl. Zustand in Straßburg. Nachricht aus England. Markgraf Albrecht. Der künftige Reichstag. Berufung von evangel. Predigern nach der Pfalz und Bayern. Gerwig war fieberkrank. Orig. lat.]

S. Fœliciter satis profectio successit, reverende Blaurere, per benedictionem domini. Nam in Brisgaudia Sultzburgi<sup>1)</sup>, quod oppidum marchionice ditionis est Badensis, duas filias Ernesti<sup>2)</sup> principis defuncti, alteram maritatum cum marito comite a Tiengen<sup>3)</sup>, et viduam eiusdem Ernesti inveni et biduo quater in templo aulę, quod tamen in medio est oppidi situm, foribus apertis Christum docui et cęnam dominicam ecclesię nostrę ritu publice viduę, quam dixi, alterique ex filiabus, virgini, aliisque aliquot administravi. Sic et in Alsatia Roperschwile<sup>4)</sup> baronis permissu, etiam in aulę templo, bis docui audiente domino totaque familia et aliis, qui tum temporis forte illuc confluerant, ut sperem semina iacta esse ad frugem aliquam glorię Christi, quam ut suo spiritu uberem suppeditare dignetur, pientissimis sanctorum votis orandus est; neque enim video deesse voluntatem religionis instaurandę, modo virtute confirmetur ex alto, quo possint bene affecti animi etiam ad pericula, quę prospiciunt, stare intrepidi crucique Christi sese resignati submittere.

Argentinensis ecclesię statum eum comperi, quem et ante acceperam et tibi notum esse scio, hoc est iunctum in ea cum Christo Belial, atque id boni tantum habet, quod ex toto senatorum numero ne unus quid[e]m sacra antichristi frequentat et solenniter magistratus sacras conciones audit, adde quod pa(p)sticę concionis auditores in dies deficient cri-

<sup>1)</sup> Sulzburg im bad. Amt Müllheim.

<sup>2)</sup> Markgraf Ernst, Stifter der Ernestin. Linie, war am 6. Febr. 1553 gestorben.

<sup>3)</sup> Verwechslung mit Öttingen; des Markgr. Ernst Tochter Margareta war verheiratet mit Wolfig. v. Öttingen.

<sup>4)</sup> Rappoltsweiler; über den Herrn von Rappoltstein s. Nr. 1629.

stasque, quas paulo ante extulerant, sacrifici demittunt expectantes in diem, ut cessare ab idolatrico cultu iubeantur, quod et fieret, nisi vana Cęsarıs gratia retinerentur, quam præcipui habent quamlibet necessario Christi favori antiquiorem.

Ex Anglia D. Martyri significatum est per literas decreta quędam parlamenti (quod vocant) promulgata non omnino bonis ingrata, primum ut Romanus pontifex primatum in Anglia non obtineat ecclesię eoque in statu ea permaneat libertatis, in quem fuerat ab Heinricho VIII. constituta; deinde, quod libros Luteranos et eorum lectores attinet (nam eos regina ignibus cremandos volebat), debere liberum esse et habere et legere, si quis per cętera nihil turbet; postremo ut Philippus eatenus rex habeatur et recipiatur, ut decedente regina sine prole mascula ex ipso nata regno cedat ipse. Atque hæc quidem Vintoniensis episcopus, is qui papistico suffectus fuerat, iam exul Argentinę, optimi ominis esse pronuntiabat et apertam iri hac ratione viam, qua possint aliquando benigna in sedem vice omnia restitui. Vir is est acer, ingenio celeri, ætate integra, incredibili morum suavitate.

Albertus marchio novas turbas ciet, quem scribunt haud ita pridem 700 equites Heinrichi Brunsvicensis et 500 pedites pixidiferos iuxta Erfordiam fudisse, Swinfurti menia duobus locis tormentis deiecta, sed oppugnatum tamen oppidum non esse. Vidi ipse literas, quas ad ducem Christophorum Virttembergensem<sup>1)</sup> dedit Albertus id potissimum testificantes se contra ordines et principes imperii nihil hostile moliri, sed solummodo infestum esse den pfaffen und pfeffersecken, sed et nec Cęsarıs nec Galli auspiciis se bella gerere aut alterutrius merere stipendiis. Contra vero capita tractationis ostensa mihi sunt, quibus totus obstringitur Gallo, si vera sunt, ut inquam Cęsarıs ditionem in Germania Inferiore Galli invadat impensis et, siquidem Gelriam occupet, pro sua possessione retineat, sed, quę reliqua subigat armis, regno Gallię addicat. Comicia processura dicuntur, sed non venturus Cęsar. Palatinus elector ministros ab Argentinensibus petiit, missique sunt aliquot; et Albertus Bavarus aliquid egit, sed non satis perspicue, ut plene possit intelligi, quid sit animi eius propositum. Gott lenke die Herzen der Fürsten!

Unserem Gerwig ist leider die Reise unmöglich geworden; doch hat das Fieber schon nach dem dritten Anfall nachgelassen und war von jener leichten Art, die Galen zur Reinigung der Natur sogar hervorzurufen pflegte; durch sorgfältige Diät und Medizin werden wir einen Rückfall zu verhüten suchen. Lebe wohl mit Deiner Gattin, Funkli etc.

Basil(eæ) calendis Iunii anno 1554.

<sup>1)</sup> Wohl das Schreiben vom 18. Mai bei Ernst, Briefw. d. Herz. Christoph, Bd. II, Nr. 640, S. 530 ff.